IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 129r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Fide intelligimus Explicit sermo xxi. Incipit xxii.
perfecta esse secula uerbo dei. ut non ex apparentibus uisi
bilia fierent. Fide ampliorem hostiam abel quam eam
optulit deo. et per illam defunctus adhuc loquitur. Fides
fortem animum. et uirile opus habet. et omnia supergradientem sen
sibilia. et infirmitatem rationabilium hominum transeunte
non enim poterat aliter quisquam fidelis fieri. nisi se ipsum a
consuetudine communi abdicaret. Quia ergo animę he
breorum debiles erant. et a fide quidem inicium sumpserant ex
passionibus autem tribulationum pusillanimes efficiebantur. et
minus patienter ferebant. et concutiebantur. primo eos ex eis ipsis
adhortatus est dicens. rememoramini dies pristinos. deinde
ex scriptura diuina dicente. iustus ex fide uiuit. deinde ex
ratiocinationibus dicens. fides est sperandarum substantia rerum.
confictio eorum que non uidentur. Nunc autem ex progenitoribus inci
pit loqui magnis uiris et mirabilibus illis. pene dicens. si
illic uel ante pedes erant bona. omnis fide saluati sunt multo
amplius nos. Cum enim uenerit anima in easdem passiones
sotia. requiescit. et respirat. hoc et in fide. hoc et in tribula
tione solet accidere. Proinde sit in uobis consolatio inquit
per mutuam fidem. Valde enim incredulum est genus huma
num. et neque de se ipso confidens. et timens. prohis que se habere
iudicat. sed multam habet curam glorie que ex plurimis defertur. Quid
ergo paulus facit. Ex patribus eos hortatur. et primo ex communi in
tellectu. Dic enim mihi inquit quia fides accusatur ueluti res que non possit
ostendi. et que deceptio magis sit. propterea ostendit quia